Michael Rubynski Regens Cancellariæ Castrensis Præmysliensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosos Georgium Broszycki Vicepræfectum Vexilli Generosi Stanislai Dwuszkiewicz Dapiferi Parnaviensis Rothmagistri Sacræ Regiæ Maiestatis et Joannum Kosmowski Vexilli eiusdem Generosi Dapiferi Parnaviensis Deputatum et Commilitonem et eorum successores de Causa et actione per se Recognoscentem ipsis et aliis in processu Causæ specificatis et famulis eorum ratione sibi Recognoscenti e Civitate Præmysliensi domum suam in Villam Taszmanice sitt per Villam Zurzyce proficiscenti Via publica ante Villam Zurzyce interceptionis sui Recognoscentis Contemprorationis, abusus bombardarum et aliarum Violentiarum in processu Causæ specificatorum illationis nec non de pœnis tam banitionis perpetuæ quam infamiarum binis ratione præmissorum obtentis, ob præstitam sibi Recognoscenti pro præmissis satisfactionem quietat, emittit, dimittit liberosq[ue] et absolutos facit et perpetuo pronunciat, Causam eandem tum easdem pœnas banitionis perpetuæ et Infamiæ Cassat mortificat et annihilat præsentibus. Salva sibi Recognoscenti cum aliis inculpatis in processu Causæ specificatis actione, tum et ijsdem Condemnationibus pleno in robore reservata. 133

Gorski et Kozłowscij mutuo Intercisam Roborant et Stabiliunt

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus

Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Christophe-
rus Gorski ab Una et Georgius Kozłowski et Anna Zołczynska
Coniuges legitimi partibus ab altera Sani mentibus et corporibus
existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] Suis qui-
buscunque propriis et competentibus recedendo præsenti vero
Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum
præsentem attinet Seum successoribus ac bonis Suis generali-
ter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] Subyci-
endo palam libere publice ac perexpressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim sic pro interesse et præsen-
tim Consors cum eiusdem mariti Sui Viri Tutoris Coniugalis
personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recogno-
scenda Consensu recognovit. Quia ipsi et quidem Gene-
rosus Gorski Suo et Generosæ Catherinæ Seska Consortis Suæ le-
gitimæ pro cuius ratihabitione Cavet ac se præsentibus inscri-
bit nomine, Sibi mutuo et invicem, Una pars alteri ac posteris
Utriusq[ue] partis, Se ac Suos Successores in et Super bonis Suis genera-
liter omnibus, Summisq[ue] pecuniariis quibuscunque habitis et habendis
inscribunt et obligant præsentibus, Intercisam certam cum pa-
ragrapho intus se Recognoscentes et præfatum Generosum
Gorski, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem
Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Premysliæ
die hodierna in actu Contenta confectam et conscriptam, manibus
Sui Recognoscentium propriis ab Utrinq[ue] Subscriptam in omnibus
et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus punctis, clausulis, articulis
Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis, firmiter tene-
re, complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et Sin-
gulis eius Contentis tam in parte quam in toto toties quoties
opus fuerit, Satisfacere. Intercisam præfatam ad Inscriptionem
præsentem Roborationem et Inscriptionem præsentem Ro-
borationem ad prædictam Intercisam Vicissim in toto referen-
do. Idq[ue] Sub Vadio Summæ Mille Trecentorum Octuaginta
Sex Florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus
Utriusq[ue] partis

Vtriusq[ue] partis ob non Complationem Contentorum Interiecte praefatae omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendo. Nihilominus is idem Generosus Christophorus Gorski Vnus Recognoscentium se ac Suos Successores, in et Super bonis Suis generaliter omnibus Summisq[ue] pecuniariis quibusuis habitis et habendis memoratis Generosis Georgio Kozlowski et Annae Zolczynska Coniugibus legitimis, eorumq[ue] posteris inscribit et obligat praesentibus praefatam Generosam Catherinam Suska Sui Recognoscentis Consortem legitimam cum personali Sui Recognoscentis assistentia, Vel in euentu mortis Successores illius ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roborationem Vel aliam similem Suo pro interesse faciendam, ad acta quaeuis authentica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia, intra decursum Sex Septimanarum, adducere et personaliter Statuere, ab eaq[ue] Vel eius Successoribus, Vt praemissa debite exequantur efficere. Idq[ue] Sub alio simili et Speciali Vadio summae Mille Trecentorum Octuaginta Sex Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Christophorum Gorski Siue eius Successores Suprascriptis Generosis Georgio Kozlowski et Annae Zolczynska Coniugibus legitimis aut illorum Successoribus, ob non Statutionem praefatae Consortis Suae Statuendae, Vel in euentu mortis Successorum illius pro tempore et loco Superius expressis, ad Soluendum Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio Vel Vadiis modo praemisso ad Soluendum Succubitis, ac pro re aliqua principali ex Contentis Interiecte praefatae non completa complenda Citata existens meruta pars Vna praemissa non tenens Siue eius Successores ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis Siue illius Successorum ad Officium praesens Castren[se]

Capitaneale Præmysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo litationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere respondere Vadia prætacta luere, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem prætera Vltra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia plenis simplicibus Vel triplicatis euasionibus, suspensionibus fatalibus Juris proscriptione Terrestri bello Conuentioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Sluzewski et Hartfikowski mutuo Intercisam Roborant et Vnus Statuet

1335

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Georgius Sluzewski ab Vna et Lucas Hartfikowski partibus ab altera sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitan[eali]

Præmysliensi